



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

IV. Gebrüder von Borck widmen Einkünfte von vier Hufen zu Teltow dem heiligen Geist-Hospitale in Spandow, am 13. Dezember 1314.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](#)

sunt Petrus dictus Anchos et Albertus Falck et Gerhardus dictus Smergow et Jacobus de Cremmen et Cone venator et Johannes dictus Lubeke et Johannes dictus Munc et Lambertus et Hermannus dictus Hulpenstein et alii quam plurimi sive digni. Datum et actum Spandow, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. II<sup>o</sup>, in vigilia ascensionis Domini nostri Jesu Christi.

Nach Fidicin's Mittheilung aus dem rathhäuslichen Archive zu Spandow.

IV. Gebrüder von Borck widmen Einkünfte von vier Hufen Landes zu Teltow dem heiligen Geist-Hospitale in Spandow, am 13. Dezember 1314.

Cum rerum labilium eventus in modernorum actibus ignoranciam inducat, per consequens gignat et errorem, expedit ut actus presencium per scripturarum, munimina hominumque testimonia cautius eternentur. Hinc est, quod nos fratres de Barck, Otto et Alexius, Jacobus, Gerhardus et Fredericus, ad futurorum noticiam recognoscimus per huius scripti continenciam, declarantes, quod nos de communi consensu et voluntate vendidimus domino Johanni, nunc provisori domus sancti spiritus in Spandow, quatuor manorum redditus in civitate Teltow cum omnibus suis prouentibus et duos choros filiginis in Molendino, quod dicitur Middelmolen, sito juxta civitatem prehabitatam, non ad usus proprios, sed ad communes usus omnium infirmorum, qui in eadem Dei intuitu colliguntur, ita ut dicti redditus ad eandem domum seu infirmos et advenas perpetuis temporibus annuatim pervenire debeant, et de his bonis idem dominus Johannes et omnes sui successores eidem in domo presata succedentes in officio prenotato dicte domus utilitatibus et pauperibus prenarrata domo in perpetuum decubentibus seu advenis eo largius valeant providere. Ut autem hujusmodi nostra vendicio rata et inviolabilis perseveret et duret et a nostris heredibus, quos natura in esse produxit, Deo dante, et adhuc producere possit, infringi seu violari non valeat, nos sepedicte domui contulimus presentem cedulam in testimonium predictorum nostri sigilli munimine seu sigillorum cum appensione sigilli ejusdem domini Johannis evidentius roboratam. Acta sunt hec anno incarnationis domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XIII<sup>o</sup>., in die beate Lucie virginis.

Nach Fidicin's Mittheilung aus dem Original im rathhäuslichen Archiv zu Spandow.

V. Otto, Herzog der Wenden und Cassuben, verleiht Wagendienst und Bede in Ruhlsdorf an Henning von Blankenburg und an Bertram und Grifek von Greifenberg, am 16. April 1316.

Wie Otto, von der Gnaden Godes Hertoghe der Wende unde der Cassuben, bekennen in dese me oppenen briue, dat wie verkost hebben die Bede unde den Wagendinst in deme Dorppe tu Ruleuestorpp unde mit alle deme Dienste, die plecht unde komen mach ud anderen Dorppen, den achtbarn Ridderen, Hern Henninghe von Blankenborch, Hern Bertram unde Hern Grifeken von Grifenberg unde gheleghen mit famender Hand. Des heb-